

De Baptismo, eiusq; speciebus. Cap. III. 8

ptismi, & Eucaristia. Ex officio vero, quando misit discipulos suos binos, & binos ad prædicandum, & baptizandum. Habetis ergo ex his multiplices, & diuer-
11 sas baptismi institutiones. Item qualiter
baptismus fuit institutus ante passio-
nem, & post: sed ante, in institutione pri-
uata, post, institutione publica, cum om-
nibus publicatum, & impositum est e-
uangelium. Prima institutio erat quasi
in consilio, secunda ex præcepto, cuius
vnuquisque debitor esse cœpit, ex quo
ad eum institutio peruenit, secundum Bon. 4. dist. 3. par. 2. q. 1. art. 1. q. 1. in fine.
Rich. 4. dist. 3. q. 5. art. 2. Asten. lib. 4. ti-
tu. 3. de baptis. art. 3. Sed modo colliga-
mus decisiones: & prima est. Licet tres
dixerimus esse species baptismi, non ta-
12 men contradicimus tibi Apostolo dicenti
ad Ephes. c. 3. quod vnu est baptismus,
vna fides, & vnu Deus. Nam baptismus
propriè qui requirit duo, scilicet ver-
bum, & elementum, solum unus est, &
de tali intelligitur dictum Apostoli. Sed
alij, scilicet flaminis, & sanguinis, dicun-
tur impropiè: quia supplant vicem ba-
ptismi, cap. baptismi vicem, de consecr.
distinct. 4.

Secunda: Quamuis Ioannes cap. 3.
13 dicat. Ni quis renatus fuit ex aqua,
& Spiritu sancto, non potest introire in
regnum celorum. vt habetur in cap. ma-
iores, & cap. non ut apponeres, de baptis.
tamen assueramus etiam non renatos
ex aqua, & Spiritu sancto posse introire
in regnum celorum, modo sint baptiza-
ti baptismo flaminis, vel sanguinis. De
primo est text. in c. debitum, de baptis.
Tali baptismo fuit baptizatus latro, cap.
nullus, de pœnit. dist. 7. cap. baptismi vi-
cen, de consecr. distin. 7. De secundo lo-
quimur text. in c. catechuminum, ead. dis-
tinct. Igitur authoritas Ioannis intelli-
genda est, quando baptismus fluminis
posset haberi: nam tunc alii non suffi-
cient, sed si ille haberi non potest, tunc
alii sufficiunt ad vitam æternam. dicto
cap. baptismi vicem, & c. debitum.

14 Tertia. Licet Gandulphus dixerit,

quòd aqua sit sacramentum, argu. de
consecr. dist. 2. c. sacrificium, quod etiam
sonare videntur verba Hugo. de S. Vi-
store; nam ipse in definitione baptismi
dicit, q; est aqua. Vnde si afinus bibat a-
quam illam, bibit sacramentum, vt re-
fert glos. in cap. detrahe, 1. q. 1. Tamen
hoc non est verum: quia cum sacra-
menta nouæ legis sanctificationem quandam
operantur, ibi perficitur sacramentum,
vbi perficitur sanctificatio, in aqua au-
tem non perficitur sanctificatio, sed in
applicatione aquæ ad hominem, & ideo
non ipsa aqua, sed vñus eius, qui est ablu-
tio, est sacramentum. Concordat magis
Sant & Alex. de Hales. ita Turrec.
in c. detrahe, nu. 3.

15 Quarta. Baptismi propria t materia
est aqua simplex elementaris, ex institu-
tione diuina, Io. 3. Nisi quis renatus fue-
rit, &c. cat. Huius quidem institutionis
conuenientia potest colligi ex multis, &
primo: quia sacramentum maximæ ne-
cessitatis, vt est baptismus, sine quo nul-
lus potest saluari, debet habere materiam
maximè communem, ne propter defec-
tum materiæ aliquis impeditur a talis
sacramenti susceptione: sed aqua est hu-
iustmodi, vbique enim inueniri potest, ex
ego. Secundo, propter aquæ proprietates,
quaæ sua humiditate lauat fordes, sua fri-
giditate temperat superfluitatem calorū,
& est lucida oculis intuentium. Sic ba-
ptismus mundat fordes animæ, refrige-
rat æstum carnalis concupiscentiæ, & il-
luminat oculos mentis respectu diuinæ
notitiae. Tertio, ex ipsa ratione baptismi,
que est regeneratio in spiritualem vitam,
quod maximè conuenit aquæ. Vnde &
semina, quibus generantur omnia uiuen-
tia, scilicet plantæ, & animalia, humida
sunt, & ad aquam pertinent. Hac Tur-
recrum. in c. i. num. 4. de consecr. dist. 4.
Asten. lib. 4. tit. 3. art. 4.

16 Quinta in qualibet aqua t qualiter-
cunque transmutata, dummodo non sol-
uatur species aquæ, potest fieri baptismus.
Si autem soluatur species aquæ, non po-
test fieri baptismus, iuxta S. Tho. 3. par.
Turre-